

gionis fuerit, eam post episcopatum dimissum observare tenetur, nisi forte ad artio rem uitam transire uoluerit. § [4] Episcopus autem^{a)} in^{b)} anniuersario consecrationis sue die introitu: „Statuit ei dominus“¹⁾ et aliis que secuntur ad hoc officium deputatis utatur. In missis siquidem defunctorum unius coloris indumentis et non multum preciosis set uilioribus potius induatur^{b)} et mitram sine aurifrigio portet. Ea uero die, qua „Te Deum laudamus“ et „Gloria in excelsis“ canitur, pax uobis a pontifice pronuntietur et aliis „Dominus uobiscum“ dicatur. § [5] Baptismum autem Constantini non ab Eusebio^{c)}, set a beato^{d)} Siluestro credimus celebratum.²⁾ § [6] Sane legendam de inuentione beati Stephani martiris, quoniam eam, qualis penes uos sit, non uidimus, nec approbare nec improbare de iure potuimus. Scimus quidem, quod ea, que de Luciani presbiteri uisione scripta sunt³⁾, in ecclesia Romana leguntur.

3.

Brit. Mus. Cott. Ditellius E XIII fol. 251b. (1164—81).

Alexander Trundensi archiepiscopo et eius suffraganeis.

Ad aures nostras perlatum fuisse [noueritis,] | quod quidam de clero uobis commisso non e[am] | quam debent circa salutem suam sollicitudi[nem] [c]ur[am]que adhibentes ea, que ipsis per | ecclesias [proueni]nt, magis uolunt consan[guin]e[i]s et heredi- bus aliis suis secula[ribus] relinquere quam eisdem ecclesiis, de quorum bonis fuerant acquisita. Quidam etiam hec, etsi uellent, non possunt implere, quoniam legi uestre contraire noscuntur. Vnde quoniam ea, que sanctorum patrum obuiant institutis, alicuius consuetudinis obtentu non possunt a Chri-

^{a)} enim C.

^{b)} fehlt P.

^{c)} Eusebio P.

^{d)} sancto C.

¹⁾ Ist der Introitus missae auch 3. B. am Tage Cathedra Petri.

²⁾ Vgl. hierzu J. J. J. v. Döllinger, Die Papstfabeln des MA. 2. Aufl. v. J. Friedrich (Stuttgart 1890) 61—72, auch G. Laehr, Die Constantinische Schenkung in der abendländ. Literatur des MA. (Eberings hist. Stud. 166, Berlin 1925) bes. 3—8 über die Rezeption der Silvesterlegende durch die Kurie.

³⁾ Vgl. Bibl. hagiogr. lat. 7850—56.